Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



131

Super vicesimotertio articulo interrogatus tam quod quotidie adhuc ad hec examinatus testis fatetur articulum esse notum omnium et famosum

Super vicesimoquarto articulo interrogatus tam quod de predictis ad hec examinatus testis fatetur famam communem in locis ubi extitit videlicet in Wienna Tullen et alibi esse veram et ipse testis hodie oracionem suam ab beatum leopoldum persumpsit

Et fuit testi iuramentum ut moris est

Eadem die Martis vicesima secunda mensis Iunii Honesta Anna uxor Stephani pintter de Nevenburg Iurata ad sancta Dei Evangelia et etatis sexaginta annorum vel circa de dicto pretento iurata medio eius iuramento postea eidem primitus ad memoriam diligenter reducto ac de pena periurii clare admonita deposuit et respondit prout sequitur

Super primo articulo interrogatus tam quod dicta clare memorie leopoldus ad hec examinata testis respondit et credit articulum verum esse audivit

Super secundo articulo interrogatus tam quod fuit vir iustus prius ad hec examinata testis respondit ut ad primum articulum

Super tertio articulo interrogatus tam quod fuit verecundus castus prius ad hec examinata testis respondit articulum verum tamen sententie reddit quia nunc a quadraginta annis audivit

Super quarto articulo interrogatus tam quod fuit liberalis ad hec examinata testis credit articulum esse verum

Super quinto articulo interrogatus tam quod multa et egregia fecit ad hec examinata testis credit articulum verum quia sanctum et dotaco Monasterii Newburgensis hoc demonstrat

Super sexto articulo interrogatus tam quod mites subditos suos ad hec examinata testis credit articulum quod ita audivit

Super septimo articulo interrogatus tam quod in penis delinquentium ad hec examinata testis credit articulum quia ut supra audivit vel circa quadraginta annos audivit bonam famam et commendacionem vite beati leopoldi

Super octavo articulo interrogatus tam quod tempore vite sue ad hec examinata testis credit sic esse sicut articulus tenet

Super nono articulo interrogatus tam quod sepius contra infideles pugnando ad dicit testis se non ostaciculum dicit testis sup dicto articulo neque de certo audivisse

Super undecimo articulo interrogatus tam quod toto tempore vite sue ad hec examinata testis credit articulum

Super duodecimo articulo interrogatus tam quod propter bona opera sua ad hec examinata testis fatetur articulum quia hodie ita cognominatur

Super tredecimo articulo interrogatus tam quod a sede apostolica ad hec examinata testis dicit se non audivisse articulatim Consimiliter respondit ad quindecimum art